

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Campana.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

ter, si fuit facta ab Episcopo, id est à suo Secretario, cum sigillo Episcopi, tamen absque subscriptione Episcopi.

Respondetur ex Nav. *conf. i. de fide instru.* quid sic, & collatio potest probari per testes etiam sine alia scriptura, *decis. Rot. 38. de prob. in antiquis, Cov. pract. q. ca. 22. num. 9.*

## BRACHIUM SÆCULARE.

**P**RIMÒ, dubitatur quot modis possit possit Judex ecclesiasticus implorare brachium sacerulare?

Respondetur primò contra perseverantes per annum in excommunicatione, & in aliis criminibus, ad quod tenetur judex sacerularis. *Affl. in Constit. Pactarenorum, num. 55.* & adeo *Capitulum Regni*, quod incipit: Item statuimus, quid si contingat. *Doct. in cap. contingit, de dol. & contum. & ca. grave de pen.*

Secundò, quando Judex ecclesiasticus implorat, prout in *Conc. Trid. sess. 25. cap. 5, in ult. de regul.*

Tertiò, quando judex sacerularis tenetur prestare Judici ecclesiastico pententi hoc brachium ad capiendum excommunicatum, vel hæreticum, & an hoc facere debeat judex sacerularis, nisi prius videat acta judicis ecclesiastici, & quid judice Apostolico delegato idem petentem, vide per extensum *Affl. in const. post mundi, à num. 43. & infra.*

Quartò, an Judex ecclesiasticus tenetur juvare judicem sacerularem murrone ecclesiastico, videlicet per interdictum, vel excommunicationem con-

tra rebelles, & inobedientes ipsi judicii sacerulari, nisi prius visis actis, vide eundem *ibidem, num. 51. & infra.*

Quintò, quando judex ecclesiasticus implorat auxilium judicis sacerularis pro executione sententiae à se latæ, *Covar. pract. qu:ca. 10:nu:2: ver:3.*

## CAMPANA.

**C**ampana potest pulsari à custode, ut milites ad bellum exeant de mandato magisteriae potestatis, *Hortensi. in sum. tit. de offic. cust. num. 1.* hinc sit, Episcopum posse dare licentiam sonandi campanam ad arma sumenda contra maleficos absque periculo irregularitatis, etiam si inde sequatur mors, vel mutilatio, quia hoc est satis remotum, & potius hortari, quam occidere, vel mutilare, *capitulo falsas, de pœnit. distinct. quinta, & in titulo de treug. & pac.* vide *Reb. tit: de miss. in poss. n: trigesimo secundo.* Sed Episcopus debet hoc concedere seriò, & non leviter consideratis circumstantiis necessariis, quia campana est inventa pro congregandis populis ad divinum cultum, & pro aliis, prout in Pontificali habetur in ejus benedictione, per accidens verò permititur, prout dictum est *sup.*

## CAMERA APOSTOLICA.

**A**D Reverendam Cameram Apostolicam spectant bona personarum ecclesiasticarum, decedentium ab intestato sine licentia testandi, *Paul. III Bul. 31 que incipit, Romani, & bona etiam*